

1.3 - Statuto 1538. della Sapienza del Clero (c. 29.- 32.).

**Statuta Sapientiae Cleri Tarvisini**

(secondo fascicolo - carta 29.)

Die vigesima quinta Mensis Septembris 1538. Tarvisij in Palatio Episcopali in Camera aurea.

Congregatis Venerabilibus D.D. Sapientibus R.di Cleri ad p.ntiam R.mi D.ni D.ni Francisci Sancti Marci S. R. E. Cardinalis Pisani Eccl.iae Tar.nae perpetui Administratoris, et ad p.ntiam R.di D.ni Andraeae Salomonis Canonici Tar:ni, ejusdem Locumtenentis, ac Vicarij G.lis, nec non R. R.dis D. D.nis Jo: Francisco Lamberto Primicerio, D.no Bernardino Aleotis Can.co Tar:no surrogato loco D.ni Hieronymi Menegaldi infirmi, D.no Praesbytero Jacobo Guriano Praebendato Eccl.iae Cath.lis, D.no Prsb.ro Marco Guarinono Rectore Eccl.iae Sancti Michaelis de Melma surrogato loco D.ni Psb.ri Danielis Rectoris Eccl.iae Sancti Petri de Levada, D.no Prb.ro Bernardo Rosa Rectore Eccl.iae Sancti Danilis (*parola aggiunta a matita*) de Povegiano, Venerabilibus Viris D.no Fratre Josepho de Tarvisio Priore<sup>1</sup> Monasterij Sanctae Mariae Majoris de Tarvisio, et D.no Fratre Fran.co de Tarvisio Guardiano Monasterij S. Francisci de Tarvisio, facientibus, constituentibus integram Sapientiam R.di Cleri Tar:ni; praefatus R.mus D.nus Cardinalis comisit mihi Prb.ro Dominico Mauroceno, ut publicarem ordines, et Satuta R.di Cleri a se facta, et ordinata, atqua disposita, et sic fuerunt per me Cancellarium de ipsius mandato alta, et intelligibili voce lecta, et publicata in hunc, qui sequitur, modum.

1538. - 24. 7.bris -

Nos Franciscus Pisanus miseratione Divina Sancti Marci S. R. E. Diaconus Cardinalis Eccl.iae Tar:nae perpetuus administrator, cum ex debito officij nostri prius Eccl.iam nostram Tar:nam visitaverimus, et quasdam declarationes, atque ordinationes, quibus in futurum Gubernaretur ediderimus, visitantes ejus Sapientes, et Sapientiam nostri Cleri, visisq; nonnullis ordinibus, alias factis, quibus regeretur ipsa Sapientia in tempore Praedecessoris N.ri, et quibusdam alijs factis tempore nostro, non tamen hactenus confirmatis, ipsisque per Nos diligenter discussis, et bene consideratis, et habito super his maturo colloquio cum ipsis D.nis Sapientibus modernis, et alijs per Nos adhibitis, et visa<sup>2</sup> unione D.norum Religiosorum, atque incorporatione facta cum ipso Clero universali sub die 18. X.bris 1535. emanata, quam admodum approbamus, Volentes ipsam Sapientiam, cui semper praesidemus, et unum corpus nobiscum esse censemus bene regi, atque gubernari ita, ut ejusdem negotia cum decore ipsius Sapientiae, ut par est tractentur, atque gerantur, et possint sua jura etiam cum suis ordinationibus tueri . . .

(- carta 29. tergo)

tueri, atque deffendere, et conservare Ecclesiasticam libertatem, eidem dando facultatem se se exercendi, et nobiscum gubernandi, atque unum corpus, et integram Sapientiam constituendi, et utilia queque gerendi, et administrandi, ipsas ordinationes reformavimus, et confirmavimus, . . .

<sup>1</sup> (*a lato, in margine destro*) 1463

<sup>2</sup> (*a lato, in margine sinistro, e poi sul margine inferiore*) Reperitur in Actis R. Sapientiae 1530-1552. c.a 64. t.o Supplicaverunt pro dicta unione "coram R. D. Andr. Salomono Vic., et Sapientibus Francisco Lamberto Primic.o surrogato l. D. Francischini de Vonico Can.ci absentis, Hierony. Menegaldo Can.co., Pbr.o Franc.o Oliva Mansion.o, Pbr.o Baptista Sapa Rectore S. Leonardi, Pbr.o Matthaeo de Ugonis loco Pbr.i Fanc.i Bonifacii Rectoris Eccl.iae S.ci Mich. de Melma, Pbr.o Bernardo de S. Gervasio loco Pbr.i Vincentii de Sprixiano, etc. Ven. D. F.r Julius de Padua Prior S. Nicolai, F.r Franciscus de Tarvi.o Guardianus S. Francisci, D. F.r Sim. de Tarvisio Prior S. Catharinae, Domn.m Dom. Ubaldu de Venetiis Procur.r Monast. SS.m XL.a, Ven. D. F.r Vincentius de Tarvis. ord. Heremitarum, D. F.r Aloysius de Venetiis Procu.r B.ae . M.ae Majoris de Tarvisio, etc. Atque ex ipsis Monastriis et Religiosis eligere duos in Sapientes dicti Rev. Cleri, videlicet unum ex Dom. Observantibus, et unum ex Dom. Conventualibus, etc. Qui R. D. Vicarius una cum praefatis R.dis Dom. Sapentibus etc. acceptaverunt, admiserunt etc. Quibus omnibus et singulis suprad. R. D. Vicarius suam ordinariam auctoritatem et judiciale decretum interposuit etc."

prout de p. nti reformamus et Confirmamus modo infr.to, volentes et mandantes ipsas ab omni Clero tam p. nti, quam futuro observari inviolabiliter sub poenis in ipsis Statutis contentis; atque alijs N.ro Arbitrio imponendis.

---

### I. De modo electionis, et numero Sapientum.

---

Statuimus, et ordinamus quod Sapientes sint octo numero, quorum unus sit Canonicus Eccl.iae Cath.lis per ipsos Canonicos, et Cap.lum eligendus, alter Mansionarius, vel Praebendatus ejusdem Eccl.iae per Praebendatos, et Mansionarios eligendus; tertius ex Congregatione Rectorum Eccl.iarum Civitatis, per illos de Congregatione eligendus; duos ex Rectoribus Eccl.iarum Ruralium residentibus eligendi per ipsos rurales Sacerdotes titulares, et proprium Beneficium possidentes; Duo ex D.nis Religiosis; unus alius Canonicus pro Monasterijs D.narum Monialium, et pro beneficiatis non residentibus, qui per Suprascriptos D.nos Sapientes<sup>3</sup> elegeri debeat; qui sic electi p. ntari debeant R.mo D.no E.po, vel ejus Vicario, ab ipso confirmandi.

---

### II. De juram.to per ipsos praestando.

---

Item, quod quilibet sic electus ipso die electionis suae, vel subsequenti, et si absens fuerit electus, cum primum affuerit jurare debeat ad Sacra Dei Evangelia in manibus R.mi D.ni E.pi, vel ejus Vicarij tactis scripturis se diligenter observaturum p. ntia Statuta, et fideliter exequeturum quaecumq; sibi fuerint injuncta tam ex dispositione eorundem Statutorum, quam ex praeceptione Superiorum, concernentia commodum Cleri Tar:ni. –

---

### III. De officio Sapientis.

---

Item, quod officium Sapientum sit propulsare incommoda, et procurare commoda tangentia libertatem Ecclesiasticam, et statum universalem, ac Bona ipsius Cleri Tar:ni.

### IV. De tempore Officij Sapientum, et die electionis Successorum.

Item quod eorundem Sapientum officium duret per triennium, et non ultra, ante cujus triennij finem, in festo videlicet Praesentationis Beatae Virginis Mariae conveniat Clerus coram R.mo D.no E.po, vel ejus Vicario, et Sapientes novos eligant juxta formam in primo Statuto contenta. . . . Item

---

### V. De vacatione veterum Sapientum.

---

*(secondo fascicolo - carta 30.*

Item qui proximo triennio fuerit Sapiens, non possit elegeri, nec assumi durante sequenti quadriennio, et electio aliter facta sit nulla eo ipso.

. . . .

---

<sup>3</sup> *(a lato, sul margine sinistro)* V. Constitutum R. Congregationis 14. Jun. 1716. in processu A. XIII. quo reprobatur R. Ferri Cappellani S. Stephani Sapientis pro Congregat. qui de Canonico pro absentibus a Cap.to electo controversiam excitaverat.

Initio etiam seculi XVII. (memini me legisse) litem, quae sub judice relicta esse, de ea re, inlatam fuisse in Capitulum.

---

**VI.** Quod modo ex Mansionarijs, modo ex Praebendatis.  
Eccl.iae Cath.lis fiat electio.

---

Item, si in uno triennio electus fuerit in Sapientem unum ex Mansionarijs Eccl.iae Cath.lis, sequenti triennio eligatur ex Praebendatis, ita, quod alternatim, modo ex Mansionarijs, modo ex Praebendatis fiat electio.

**VII.** De initio officij Sapientum.

---

Item, quod initium officij Sapientum sit in Kalendis Januarij, et tunc prius electi intelligantur coepisse Officium die primo januarij.

---

**VIII.** De modo dandarum vocum in electionibus Sapientum. –

---

Item si quis duos Beneficiales titulos habeat in Civitate, alterum in Dioecesi, possit tantum habere unam vocem activam, et passivam in Majori gradu, quo reperitur, videlicet quod D.nus Canonicus cum Canonicis eligatur Titularis in Eccl.ia Cath.li<sup>4</sup>, cum alijs de Eccl.ia Cath.li, Rectores Eccl.iarum Civitatis cum illis de Congregatione, Rectores ruralium Eccl.iarum cum ruralibus, et sic, ut supra dictum est, eligatur, et non aliter.

---

**IX.** Quod Sapientes quolibet primo Sabbato cujuscumque Mensis compareant in Eccl.ia Cath.li.

---

Item quod unusquisque Sapiens teneatur quolibet primo Sabbato cujuscumq; Mensis accedere ad Eccl.iam Cath.lem hora, qua Missa cantatur, et ibi quaerere, numquid sit aliquid per Sapientes expediendum, et si quid gerendum fuerit, expectare debeat, donec negotium fuerit expeditum.

---

**X.** De modo convocandi Sapientes.

---

Item quod Sapientes non possint convocari pro re aliqua expedienda, nisi ad mandatum R.mi D.ni E.pi, vel ejus Vicarij, et omnia gerenda expediantur ad p.ntiam ipsius R.mi E.pi, vel ejus Vicarij, et cum interpositione auctoritatis ordinariae, et Decreti judicialis; gesta vero contra formam suprascriptam nulla sint ipso jure.

**XI.** Quod nihil geratur in Sapientia, nisi citatis omnibus Sapientibus.

Item, quod nihil geratur in Sapientia, nisi citatis, et p.ntibus omnibus Sapientibus . . .

(- carta 30. tergo)

Sapientibus, dummodo res celeriter expedienda non occurrat, et quae dilationem non pateretur, ut Sapienteas rurales evocari non possent, et tunc sit in arbitrio R.mi D.ni E.pi, vel ejus Vicarij, qui loco absentium possit alios surrogare juxta formam inferiorum Statutorum.

---

**XII.** De poena Sapientum non venientium quando citabuntur.

---

Item, quod Sapientes venire debeant quando citabuntur sub poena viginti soldorum vice qualibet irremissibiliter incurrenda, nisi legitimo impedim.to essent detenti, . . .

---

<sup>4</sup> (a lato, in margine destro) quia sint gradus majores in clero Tarvisino

cujus quidem impedim.ti qualitas cognitioni R.mi D.ni E.pi, vel ejus Vicarij remittatur; de veritate tamen impedim.ti credatur juram.to asserentis se impeditum, quod juram.tum nullo pacto possit remitti; et hoc statutum extendatur etiam ad illos Sapientes, qui quolibet primo Sabbato cujuscumque Mensis non comparuerint juxta tenorem primi Statuti.

---

**XIII.** Quod gerenda in Sapientia expediantur per suffragia.

---

Item quod gerenda in Sapientia ipsa expediantur per suffragia secreta, et non per voces, et taliter gesta sint ipso jure nulla.

---

**XIV.** Quod res gerendae insinuentur Sapientibus quando convocantur.

---

Item quod quodcumque aliquid erit expediendum per Sapientes res gerenda debeat per Notarium Sapientiae in schedula describi summariatim, et per Nuntium ipsis Sapientibus citandis intimari, ad hoc, ut maturius, et considerantius quaecumque fuerint expedienda gerantur.

---

**XV.** De surrogandis Sapientibus in locum absentium.

---

Item, quod data probabili causa absentiae alicujus ex Sapientibus, sit in facultate R.mi D.ni E.pi, sive ejus Vicarij substituere pro illo actu tantum expediendo unum, vel plures loco absentis, vel absentium, quem, seu quos maluerit idoneos tamen, cujus, vel quorum officium expiret actu ipso impedito.

---

**XVI.** De modo substituendi Sapientes in loco absentium ultra sex Menses.

---

Item quod si absentia alicujus duraverit ultra sex menses, possint Sapientes alium eligere loco illius, in cujus locum fuerit surrogatus; quo tempore durante, surrogatus omnia possit, et omnia emolumenta percipiat pro rata temporis, quae posset, ac perciperet ille, in cujus locum erit . . . substitutus

*(secondo fascicolo – carta 31.)*

substitutus, et hoc p.ns tantum statutum quàm proximè procedere intelligantur de absentia a Civitate Tarvisij.

---

**XVII.** Quod decreta per Sapientes extensè scribi debeant per Notarium in libro deputato

---

Item quod Notarius Sapientiae teneatur omnia per ipsos Sapientes decreta extense scribere in libro ad hoc deputato, et ea sic scripta legere coram ipsis D.nis Sapientibus antequàm recedant; quod si non fecerit, perdat vice qualibet soldos viginti.

---

**XVIII.** De Sindicis extra Civitatem mittendis.

---

Quod, missi extra Civitatem pro negotijs Cleri expediendis, non possint habere salarium nisi prout infra declaratur, videlicet: D.nus Canonicus in itinere constitutus habeat libras quatuor; in Civitate tantum manens, in qua negotium fuerit expediendum habeat libras tres singulis diebus; inferior vero Canonico habeat libras duas in itinere; in Civitate autem in qua res expedietur, habeat solidos triginta.

---

**XIX.** De Honorario D.norum Sapientum<sup>5</sup>.

Item, quod singulis annis R.mus D.nus E.pus, vel ejus Vicarius, et quilibet Sapiens, habeat libras duodecim parvorum singillatim, et tantundem habeat Notarius, et similiter Nuntius ipsius Sapientiae.

**XX.** De conservandis Scripturis, et pecunijs Sapientiae.

Item quod in Thesauraria sit Capsa una cum duobus clavibus diversis, quorum una sit apud R.mum D.num E.pum, vel ejus Vicarium, altera penes digniorem ex Sapientibus, in qua Capsa reperientur, et conserventur Scripturae, et pecuniae quae fuerint pertinentes ad ipsum Clerum Tar: num.

**XXI.** De eligendo Exactore pro Collectis Ill.mi Ducalis D.nij Venetiarum.

---

Item quod pro exigendis, et solvendis Collectis, quae solvuntur Ill.mo Ducali Dominio in Camera Fiscali eligatur similiter Exactor de triennio in triennium per D.nos Sapiente, et si eis videbitur, possit ulterius confirmari<sup>6</sup> cum modis, et conditionibus, cum quibus hactenus consuevit deputari, vel alias, prout videbitur convenire D.nis Sapientibus, qui fuerint pro tempore, hoc addito, quod si finito primo anno Exactor conventioni factae non obbediverit, sit in facultate D.norum Sapientum officium Exactionis . . .sub-

(- carta 31. tergo)

subhastari facere, et incantari, et ei, qui meliores condiciones obtulerit, assignetur; et quod D.nus Exactor finita sua conductione debeat consignare unum librum in Sapientia, in quo sint descripti omnes, qui fuerint debitores, et qui satisfecerint, licet ipse habuerit solidandas collectas, et si praesumpserit aliquem in debitorem, a quo fuerit satisfactus, quod pro qualibet partita cadat ad poenam librarum 25. applicandarum ipsi Sapientiae, aut quod annotari faciat per Notarium Sapientiae, quod ipse sit ab omnibus satisfactus; et hoc ne procedente tempore aliquis cogatur ad plures Satisfactiones.

**XXII.** Quod digniores Sapientes procurent

---

quod cautiones de pecunijs solutis habeantur,  
et quod debita fideijussio per Exactorem praestetur.

---

Item quod digniores Sapientes teneantur procurare, quod intra quindecim dies finitis terminis cujuscumque anni habeantur cautiones de pecunijs receptis per D.nos Camerarios Ill.mi Ducalis D.nij Venetiarum ab Exactore R.di Cleri Tar: ni sub poena privationis officij, et inhabilitatis illius per sex annos continuos immediate sequentes eo ipso incurrenda, et electio contra praedictum Statutum sit penitus nulla, et sub eadem poena teneantur ijdem digniores Sapientes curare, ut Fideijussio per ipsum Exactorem praestanda juxta tenorem Instrum. ti cum ipso celebrati tempore debito praestetur, et quod omnia praedicta singulis annis observentur.

**XXIII.** Quod Exactor quicumque non possit exbursare pro expensis extraordinarijs, nisi viderit, et habuerit bulletam solemniter factam.

Item quod contingente casu, quo aliquae expensae extraordinariae factae sint Exactor Cleri non possit aliquam pecuniae quantitatem parvam, vel magnam alicui exbursare, nisi viderit Bulletam scriptam per manum Notarij Sapientiae, et subscriptam manu R.mi D.ni E.pi, . . .

---

<sup>5</sup> (a lato destro, in margine) Salaria

<sup>6</sup> (come sopra) Pacta Conventionis cum exactore

vel ejus Vicarij, cum ipsius sigillo sigillatam. Qui Notarius non possit bulletam scribere, nisi prius per D.nos Sapientes fuerit determinatum expensas ipsius esse necessario factas, vel faciendas, quo determinato ipse R.mus D.nus E.pus, vel ejus Vicarius teneatur ipsam subscribere, et sigillare. . . .Quod

---

(*secondo fascicolo - carta 32.*)

**XXIV.** Quod D.ni Sapientes  
possint imponere aliquam partem collectae  
secundum temporis exigentiam.

Item quod D.ni Sapientes non possint imponere ultra quartam partem Collectae unius extraordinariam, nisi prius convocatis omnibus beneficiatis residentibus tam in Civitate Tarvisij, quam in Territorio, qui omnes, vel eorum major pars deliberet an sit imponenda, vel non, et quod per ipsos fuerit deliberatum debitae executioni mandetur<sup>7</sup>.

---

**XXV.** Quod p.ntia Statuta non possint revocari, vel corrigi  
per D.nos Sapientes.

---

Item, quod p.ntia Statuta non possint revocari, vel infringi, aut corrigi per futuros D.nos Sapientes, sed quod possint addi alia Statuta secundum temporis exigentiam, dummodo non sint contraria Statutis suprascriptis cum confirmatione tamen R.mi D.ni E.pi Tar:ni, sive ejus R.di D.ni Vicarij in ejus absentia.

Et sic statuta, et ordinationes suprascriptae fuerunt factae, ordinatae, et approbatae, et lectae, et publicatae p.ntibus omnibus, et singulis D.nis Sapientibus supradictis suscipientibus, et approbantibus pro se, et Successoribus suis, et sic de observandis ipsis, et contenta in ipsis omnibus, juraverunt ad mandatum R.mi D.ni Cardinalis Pisani, et in ejus manibus tactis corporaliter Scripturis.

Praesentibus Venerabilibus Viris D.no Praesbytero Dominico de Guidonibus et D.no P.sbro Sebastiano de Pordenono Praebendatis Eccl.iae Tar:nae, et D.no Nicolao de Istrana Capellano D.narum Monialium S. Clarae della Cella de Tarvisio Testibus ad praemissa habitis, vocatis, specialiterque rogatis.

Ego Praesbyter Dominicus Maurocenus pub.cus Imperiali auctoritate Notarius, et Curiae E.palis Tar:nae, ac R.di Cleri Tar.ni, Scriba interfui, et scripsi.

**ex Lib. CCC. Actorum R.mi Cap.li c. 78.**

1668. 14. Julii. Congregato R.mo Cap.lo etc.

Nella Sessione sopra.ta essendo stato raccordato per Mons. R.mo Sugana Can.co e Savio perche il sud.to R.mo Capitolo dovesse far grazia nelle Canoniche di conceder luoco per riporrer le Scritture della Sapienza; hanno unanimi e concordi deputato li RR.mi Sigg.ri Melonio et Nordio et Sugana acciò faccino elettion di loco per d.o bisogno: et questa graziosa licenza s'intenda a beneplacito, et sino piacerà al d.o R.mo Capitolo. Dovendo il tutto essere fatto a spese della med.ma Sapienza. . . .

(- carta 32. tergo)

**ex Ludovici Antonii Muratorii**  
**Antiquitatibus Medii Aevi T.o III** Discor. 34. Col. 62. . . .

---

<sup>7</sup> (*a destra, in margine laterale*) L'ingiunta straordinaria non può eccedere la quarta parte della colta. Collectae ultra 4. partem non imponant Sapientes. Sed Nota, 4. partem unius Venetae libellae aequasse tunc quadraginta circiter solidos hodiernos.

Hugo, et Lotharius Italiae Reges Adverso Episcopo Patavino, eiusque Ecclesiae,  
omnia illius privilegia et jura confirmant, Anno 942.

In nomine Domini Dei aeterni. Hugo et Lotharius (sic) divina favente clementia Reges.

Si catholicae fidei etc. notum esse volumus, qualiter pro Dei amore, nostrarumque animarum remedio, ac interventu Ambrosii Sanctae Laudensis Ecclesiae Venerabilis Pontificis, nostrique dilecti fidelis; nec non pro devoto servitio, ac fidelitate Adverti Sanctae Pataviensis Ecclesiae Episcopi, per huius Praecepti nostri Confirmationem, prout juste et legaliter possumus, confirmamus ac roboramus ..... Ecclesiae in honorem Beatae Dei Genitricis Mariae et Justinae Martyris constructae, omnes res ac possessiones, seu familias utriusque sexus ..... etc. Anno 942.

Nel Diploma che Berengario I. diede a' Canonici di Padova pubblicato dal Muratori nel T.o 3. delle Antichità Italiane col. 197. si dice "Nec non statuimus, ut Canonici eiusdem Ecclesiae servientes nunc, et seguaces illorum liberam habeant cum consensu Episcopi, qui pro tempore fuerit, potestatem de omnibus, quae illis iuste et legaliter pertinere visa sunt, aut visa fuerint, inter se, ut consuetudo fuit, dividendi, omnium potestatum contradictione remota etc.

Anno 917. vel 918. 20 Aprile."

*(il resto di carta 32. tergo è bianco)*

---

